

1. Consurge, consurge, induere fortitudine tuâ, Sion; induere vestimentis gloriæ tuæ, Jerusalem, civitas sancti; quia non adiciet ultra ut pertransseat per te incircumcisus et immundus.

2. Excutere de pulvere, consurge, sede, Jerusalem; solve vincula colli tui, captiva filia Sion.

5. Quia hæc dicit Dominus: Gratis venudati estis, et sine argento redimemini.

4. Quia hæc dicit Dominus Deus: In Ægyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi; et Assur absque illâ causâ calumniatus est eum.

5. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablati est populus meus gratis? Dominatores ejus iniquè agunt, dicit Dominus, et jugiter totâ die nomen meum blasphematur.

6. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illâ; quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.

7. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et predicantis pacem, annuntiantis bonum, predicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus!

8. Vox speculatorum tuorum: levaverunt vocem, simul laudabant; quia ocula ad oculum videbunt cum converterit Dominus Sion.

9. Gaudete, et laudate simul, deserta Jerusalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Jerusalem.

10. Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium; et videbunt omnes fines terræ salutem Dei nostri.

11. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere; exite de medio ejus, mundamini, qui fertis vasa Domini.

12. Quoniam non in tumultu exiitis, nec in fuga properabitis, præcedet enim vos Dominus, et congregabit vos Deus Israel.

13. Ecce intelligit servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valdè.

14. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum.

15. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges eo suum: quia quibus non est narratum de eo, viderunt; et non audiverunt, contemplanti sunt.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — *CONSURGE*, etc. Libertatem filiorum Dei et Ecclesie Christi à peccato et iis quæ peccata consequuntur, canit jam propheta; interim tamen explicat quæ sit Christi redemptio, quemadmodum enim redemptio spiritualis fuit, sic et Sion reparatio spiritualiter accipienda erit. *Consurge*, inquit. Multus est in hoc propheta, sæpiusque idem repetit: quo non solum affectum suum et exultationem animi sui explicat, verum etiam quàm concidisset cor prius, et quàm abjecisset animum Israelitæ, quàm desperatè fuissent res Ecclesie, quàm denique præter opinionem mutata jam essent rerum vices, intelligimus. Ubi etiam animadvertere oportet quòd quemadmodum *brachium Domini* superiùs alloquebatur, et incitabat, ut resumptâ fortitu-

1. Levez-vous, ô Sion; levez-vous, revêtez-vous de votre force; parez-vous des vêtements de votre gloire, Jerusalem, ville du Saint; parce qu'à l'avenir, il n'y aura plus d'incircumcisé, ni d'impur, qui passe au travers de vous.

2. Sortez de la poussière, levez-vous, reposez-vous, ô Jérusalem; rompez les chaînes de votre cou, ô captive, fille de Sion!

5. Car voici ce que dit le Seigneur: Vous avez été vendus pour rien, et vous serez rachetés sans argent.

4. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu: Mon peuple descendit autrefois en Égypte, pour habiter dans ce pays étranger; et Assur l'a depuis opprimé sans aucun sujet.

5. Qu'ai-je donc à faire maintenant, dit le Seigneur, voyant mon peuple enlevé sans aucune raison? Ceux qui le dominent, le traitent injustement; et mon nom est blasphémé sans cesse pendant tout le jour.

6. C'est pourquoi il viendra un jour auquel mon peuple connaîtra mon nom. Moi qui parlais, me voici présent.

7. Que les pieds de celui qui annonce et qui prêche la paix sur les montagnes sont beaux! Les pieds de celui qui annonce la bonne nouvelle, qui prêche le salut, qui dit à Sion: Votre Dieu va régner!

8. Alors vos sentinelles se feront entendre, elles élèveront leur voix, elles chanteront ensemble des cantiques de louanges, parce qu'elles verront de leurs yeux que le Seigneur aura ramené Sion.

9. Réjouissez-vous, déserts de Jérusalem; louez tous ensemble le Seigneur, parce qu'il a consolé son peuple, et qu'il a racheté Jérusalem.

10. Le Seigneur a fait voir son bras saint aux yeux de toutes les nations; et toutes les régions de la terre verront le sauveur que notre Dieu doit nous envoyer.

11. Retirez-vous, retirez-vous, sortez de Babylone, ne touchez rien d'impur; sortez du milieu d'elle, purifiez-vous, vous qui portez les vases du Seigneur.

12. Car vous n'en sortirez point en tumulte et par une fuite précipitée; parce que le Seigneur marchera devant vous, et que le Dieu d'Israël vous rassemblera.

13. Voici que mon serviteur sera rempli d'intelligence; il sera grand et élevé; il montera au plus haut comble de gloire.

14. De même que vous avez été l'étonnement de plusieurs, ainsi il paraîtra sans gloire devant les hommes, et dans une forme méprisable aux yeux des enfants des hommes.

15. Il arrosera beaucoup de nations; les rois se tiendront devant lui dans le silence, parce que ceux auxquels il n'avait point été annoncé, et ceux qui n'avaient point entendu parler de lui, le contempleront.

dine virtutem suam illam tot sæculis contestatam exsereret; ita nunc ipsos qui redimuntur, ut fortitudinem et animi firmitatem omnibus collectis viribus induant, excitare miris modis conatur; et primò quidem ut *vestibus pretiosis*, quibus in diebus lætitiæ et ostentationis gloriæ suæ uti consueverunt, induantur. Neque mireris quòd apparente brachio Domini eum virtute, ac fortitudinem exserente, homines ad resumendas quoque vires excitet; quandoquidem viribus redemptoris vires nostras accommodemus oportet, ut fructuosa in nobis sit redemptio, quæ desideribus et in utramque aurem dormientibus nihil commodè affert; entibus vero et torpore excipientibus mirum dictu quanta hinc gloria, quantus decor et dignitas no-

bis accrescet. CIVITAS SANCTI, seu *sanctitatis*, id est, sancta. Profectò si terrenam felicitatem aut jucunditatem decantaret, nequaquam *sanctitatis* nomen apponeret; sed antequantem, dignitatem, divitias, multitudinem ac pulchritudinem civitatis commemorasset; verum quia ad sanctitatem erat redemptio, ejus tituli meminit, qui penè deletus fuerat, et jamjam erat restituendus. Quis enim unquam ad temporalem jucunditatem invitavit quæpiam *sanctitatis* nomine præfixo? QUIA NON ADICIET, etc. Non amplius ab hostibus devastandam Ecclesiam hæc significant; duraturam ejus integritatem et pulchritudinem, nempe ut nulla amplius redemptio expectanda sit. Hoc notat *transitus incircumcisorum et contaminatorum*: quo nihil pejus habebat carnales Judæos in civitate illâ terrenâ. Sed ut hæc secundum carnem accepta mentibus carneis læta sunt, quæ tamen nunquam futura sunt; ita secundum spiritum iis qui non in carne ambulat, suavissima. Dixerant hostes: *Incurrare, ut transeamus*; quo significabat propheta extremam miseriam et durum imperium. *Eramus enim velut ovis mancipia; proat deebatur ibamus*, inquit Paulus. At jam conversa sunt omnia, et non ultra incurvabimur, non ultra servemus, non ultra viles erimus, sed hostibus potius illudemus, et serpentes et scorpiones calcabimus, si volumus.

Vers. 2. — *EXCUTERE*, etc. Ex his verbis intelligere poteris quales fuisset et futuri eramus absque Christo. Finge animo captivos vinculis ferreis detentos, humi cubantes, squalore ac pedore confectos, et cætera his similia; certè nunquam æquabis sortem eorum qui Christo carent et ab ejus redemptioe sunt extortes; multò enim pejora, multò duriora in animo patiuntur; nam terræ adhaerent, terram comedunt, ut qui terram sapiunt, propter quam tantummodò nati videntur; quare nihil nisi terra sunt. Quòd si affectus quibus ducuntur consideres, quæ vincula, qui carceres istis possent comparari? Neque tantum gentes hæc servitute premebantur, sed et ipsi Judæi. Neque enim erat qui faceret bonum, ne unus quidem, ut est in Psalmo; quare omnes indigebant gratiâ Dei. *Inveni enim sunt et ipsi Judæi peccatores*, ut dicitur ad Galatas. Sed Deo gratias quòd *pulverem excussimus et vincula abjecimus*, etc. *Sede*; *schebi* interpretantur ferè omnes cum Vulgato quasi sit imperativus à verbo *iaschab*. Sed quid sibi vult, *Sorge, sede*? Certè interpretationem abjicio; sed vocem hanc pro nomine accipi posse affirmo, à verbo *schabah* quod frequenter occurrit, et *captivitatem* notat, id est, captivos; ut Num. 21, et supra 49, Amos 4, etc., eritque sensus quem in versione habes. *Solve hittephathèka, aperta sunt*, id est, soluta sunt. Et licet sensus idem sit, malui tamen in tertiâ personâ dicere. Nam ab alio soluta sunt nostra vincula; quibus soluti et contractis, jam surgere et ambulare, jam *pulverem excutere* possumus.

Vers. 5. — *QUIA HÆC DICIT*, etc. Jubeo ut *exciteris, induaris pretiosis vestibus*; annuntio soluta jam vincula; quia sic dixit Dominus: GRATIS VENUDATI ESTIS, etc., *kinnam, gratis, sine causâ, temerè*. Sed quia sine argento dicit redimendos, gratis quoque ven-

ditos quadra; ut dicamus: *Natus fuit venditor, nullum fuit pretium; venditi estis in iniquitatibus vestris*, ut supra dictum est; quare etiam sine argento redimemini. Noluit dicere et gratis redimemini. Licet enim non *corruptibilibus, auro et argento, redempti sumus*, nequaquam tamen sine pretio, eoque inestimabili, *pretioso* videlicet sanguine Agni immaculati. Nos quidem nihil posuimus; qui tamen pro rebus vilissimis nosmetipsos venderemus et legitimo Domino subtraxeramus; ille verò quæ nos rapimus exsolvit, et pro nobis pretium dedit. *Disciplina enim pacis nostræ super eum, et livore ejus conciliata est nobis sanitas*, ut dicitur cap. seq. ET SINE ARGENTO. Hebraismus retinui, quòd facilis esset, et non cum argento (vel in argento) redimemini.

Vers. 4. — *QUIA HÆC DICIT DOMINUS*, etc. Explicat exemplo *populum sine argento redimendum*; q. d.: *Meministine quid olim egerim quando populus meus descendit in Ægyptum, ut in Ægypto peregrinaretur*? Nam adacti fame è terrâ Chanaan illuc profecti sunt; mortuo autem Josepho, rex novus, qui illum ignorabat, eos ut captivos habuit atque tractavit. Quia igitur immerentem opprimebant populum meum, descendit tunc temporis ut oppressum iniquè servitute eum liberaret. Non enim potui sustinere aut æquo animo pati clamorem qui ad aures meas ascendebat. At nunc quid moror? an non graviore servitute permitur? descendam ergo, et liberabo; hic est germanus horum versuum sensus, et de mysterio incarnationis est sermo; rampantur licet Judæi et rabbi. Et Assur. Ferè omnes, quos vidi, de captivitate per Assyrios Chaldaeos interpretantur, propter nomen Assur. Ego certè tantum de captivitate Ægypti sermonem esse puto; nam valdè imperfectus esset sermo si secundum hoc membrum de aliâ captivitate loqueretur. *Descendit populus meus in Ægyptum, ut Peregrinaretur ibidem*: quid inde? sed quid alii sentiant omitto. *Assurum* itaque vocari existimo Pharaonem propter potentiam et crudelitatem. Erat enim veluti in proverbio nomen Assur eâ tempestate, ut ex lectione prophetarum appareat, qui hostes populi Dei illorum populorum nominibus solent appellare qui Judæis infensi fuerant. Adducit autem exemplum captivitatis hujus, quia similior erat captivitati de qua erat sermo. *Ut ibi*, inquit, *peregrinaretur descendit*, non ut hostis, non ut noceret; sed quòd tunc licebat fecit; ibi verò positè vim passus est, et eum *depravavit Pharaon absque aua causâ*. Si enim aliqua fuisset, cum certè Pharaonis exposuisset eum consilium eorum opprimendorum inibat. Videmus autem eum suis nihil nisi timores quosdam inanes exponentem, videlicet *ne si ingrueret bellum, adderet inimicis*; cuius tamen rei nulla erat probabilis suspicio. *Absque illâ causâ ergo*, seu *pro nihilo, depravavit eos*, ut legis initio Exodi.

Vers. 5. — *ET NUNC*, id est: *Nunc autem quid nihil hic? Quidnam hic habeo, ut non idem faciam quòd tunc feci? quid me morabitur? Inserit autem, fidelis sermo Jehova, quod solat facere in rei certitudinem, præsertim cum mysterium tractat; ob quòd his in uno*

hoc versu hanc confirmationem repetit, ut attentionem caperet, et verba penitus inspicere faciat. **QUA ABLATUS EST POPULUS MEUS GRATIS.** Vides ut insistat verbis similitudinibus? Assur gratis oppressit; nunc quoque gratis abactus est populus meus; id quod supra dixerat: *Gratis vendidisti estis.* Nihil commuerat homo in diabolum. Nacebamur quidem omnes filii iræ; verum id ex alieno peccato contraheremus. Adde quod electi omnes morti tradebantur et captivi detinebantur, etiamsi pietissimè vitam duxissent; nec sat erat quod gratis abacti essent, nisi **DOMINATORES ERUS ISRAEL.** etc. Quàm indigna enim paterentur peccatores à dominis suis, vix verbis explicari potest. Et ut cætera omittam, quis ignorat Pharisæorum ac Scribarum superstitiones, traditiones et studia? Cùm turpi lucro omnes studeant, et quæstui omnia deservit, quas non iniquas leges condent? quid iustitiam omittent? Lege 8 et 10 cap. hujus prophete. Eadem verisimile est pertulisse per totum orbem plurimos qui, ut præordinati erant ad vitam æternam, ita etiam interdum recti æquique erant amantes; quare et non benè accepti ab impijs; imò postquam Christo nomina dare ceperunt, gravissima perpessi sunt electi. Ad quocumque igitur tempus hæc referas, verissima sunt. Verum sub id tempus quo Christus Dominus in mundo apparuit, omnia occupabat vis et dolus. Cæterum quod **Vulgatus dixit:** *INIQUE AGNIT.* Hebræis est hoc loco verbum *helil*, id est, *ululare fecerunt*, videlicet ob vim quam inferebant, et injustitiam quam exercebant. Quare **Vulgatus** secundum morem Hebræorum causam pro effectu posuit. Scito autem quod, licet non reperitur nisi in illà formâ, sæpè tamen neutrum est, ut Jer. 47, Zach. 11, et supra 45: *Ululate*, etc. Quare sic reddere possumus, *dominatores ejus ululant*; ut sit similitudo sumpta à feris, ut puta lupis, qui noctu prædam expetentes præ fame ululatus edunt. Infensos igitur et quasi hostes populi notat magistratus. Er *reciter*, etc. Non rarò queritur Dominus de Judæis quod *ingraverant nomen ejus, et blasphemari facerent nomen Domini*, etc., quo universorum scelerum pelagus Scriptura notat. Quare de illis potissimum hoc intelligendum puto è quorum tyrannide Dominus veros Israelitas liberavit; malè enim tunc audiebat nomen Domini. Non purus, nec sanctus, neque scelerum inimicus putabatur à plurimis qui videbant eos qui nomine *serorum Dei* insigniti erant omnis generis sceleribus imbutos ac contaminatos. Huc quoque rei addit asseverationem, *fidelis sermo Jehova.* Nam non minis certum erat, Deum ob bonitatem suam voluisse mundo subvenire, quàm indignum fuisse mundum eâ misericordiâ. Nam, ne inimici essemus, Filius Dei ad nos servandos descendit, et pro impijs mortuus est. *Hic est fidelis sermo et omni acceptione dignissimus, quod Dominus Jesus venit in hunc mundum ut peccatores salvos faceret*, etc. In quibus verbis ad hunc locum Isaïæ respicere videtur D. Paulus; ubi etiam se blasphemum fuisse fateatur.

VERS. 6. — PROPTER HOC. Partim eò quod *gratis*

ablatus est, partim quia malè eos accipiunt dominatores eorum, partim propter convitia que in me conjiciunt. *Propter hæc*, inquam, *sciet nomen meum*, id est, illis adero, et meam virtutem in seipsis experientur. Est autem phrasîs Hebræa: *Scies nomen meum*, quâ et nos Lusitani utimur tunc in bonum quàm in malum, id est, *scies, senties, quantum valeo*. Initium autem habuit hic loquendi modus ab invocatione regum aut magistratum, quos solent invocare qui ab alijs vim patiuntur; sicut etiam apud nos ad invocationem regis mox adsunt auxilio plurimi. Bis autem in Hebræo habetur *laken*, id est, *id circo*; *idcirco sciet populus meus nomen meum, idcirco in die illâ: pro, sciet, inquam, in die illâ.* Quamvis Hebræi hoc alterum ad sequentia referant. **QUA EGO IPSE**, etc. Quid sit *scire nomen Dei* hic habes: *Adsum*, inquit, *Optimè enim Vulgatus hebraïsmum, ecce ego, hoc verbo reddidit, ego qui olim loquebar*, cujus non sciebatis nisi verba, promissiones per prophetas, jam adsum. Certè si de virtutis presentia tantum loquatur, etiam olim aduerat. De personâ igitur intelligendus est locus. Venit enim Dominus ad nos; cujus nomen scimus, cujus fortitudinem experti sumus, qui nos eruit de potestate tenebrarum multò felicissimè quàm olim Israelitas ex Ægypto. *Qui olim loquebatur in Prophetis, locutus est nobis in Filio*; ut jam prophetis non opus sit nobis. O miseris Judæos, qui ut hanc veritatem non agnoscent, ita neque eum loquentem audiunt, neque venientis auxilio gaudent! ob quod palpant in meridie quasi in tenebris.

VERS. 7. — **QUAM PULCHRI**, etc. Si advenisset Dominus, non autem fuissent qui de eo annuntiant, quisnam, quaso, credidisset? *Quomodo enim credidissent sine predicante?* inquit Paulus Rom. 10, ubi etiam locum hunc in hanc sententiam adducit. Quare cùm dixisset *se adesse*, mox de prædicatoribus Evangelicis addit: *Quàm pulchri*, etc. Verbum 732 *gratiam* notat, et dicitur de rebus quæ invitant et alliciunt ad amandum; ut de genis sponse, Cant. 1; et Nah. 2, negatur de superbo, quem comparat ebrio; opponitur itaque turpi et indecoro. Laudat autem *pedes Evangelizantium* redemptionem per Christum factam, eò quod pedibus itinera confecerunt, et annuntium de regno in regnum deferrent. *Pedes* itaque habere oportet Evangelicium prædicatorem non minis quàm *eruditam linguam*, ita ut, *quoad ejus fieri possit, et Romæ cum Paulo paratus sit Evangelizare*, et usque ad fines terræ Christi nomen deferre. Videant qui Evangelizandi munere ad delicias abutuntur. Notandum verò est quòd, cùm nihil minis decorum sit in homine pedibus itinera conficente quàm ipsi pedes, istorum tamen decorum admiratur, non solum ut gratiam in nuntio atque Evangelio esse intelligat, verum etiam ut totos speciosos esse sciamus eos qui Evangelium prædicant, adeoque speciosus ut ad pedes usque gratia percurrat. Quid enim non decorum et speciosum in homine videatur qui Deum reconciliatum homini, Dei Filium in terris regnare, multis comparatis fratribus, et remissione peccatorum concessâ, adonio-

nem in filios Dei annuntiat, et se testem tantæ misericordis et largitatis oculatum esse testatur? Placent verba, vultus, pedes denique speciosi videntur, et tantum non pro illis suscipiuntur. Hinc existimo manasse ritum illum *lavandi pedes sanctorum* in primitivâ Ecclesiâ, de quo loquitur Paulus. **SUPER MONTES.** *Montium* meminit quod de Sione sermonem instituebat, quæ et in montibus sita, et in vicinis montibus speculas et speculatores habere consueverat, qui quæ viderent, celeri cursu nuntiarent per montana currentes. Convenit autem mysterio. Nam *super montana Judææ* (ut est in Evangelio) divulgabantur omnia illa quæ in conceptione et ortu Joannis Baptistæ acciderant. Adde quòd è locis arduis melius audiuntur voces. Neque prætereundum est, quòd non sunt *speciosi pedes*, sed neque ora, eorum Evangelistarum qui non *super montes* sunt, sed humilia et jacentia sectantur. Quare et *super montem adificata civitati* comparatur, et *lucerna super candelabrum constituta*, quorum *lucem videntes et opera, homines glorificant Patrem*, qui tam speciosos homines et decoros creavit, et teris donavit ad aliorum salutem. **ANNUNTIANTIS, ET PRÆDICANTIS.** Duo verba sunt Hebræis hoc loco sine conjunctione, quorum posterius est *clarè et intelligibili voce loqui*, prius verò *basar* est idem quòd *evangelizo*; unde nomen *Bisrah* idem quod Latini et Græci *Evangelium* vocant, quasi *bonum factum, ac lætum nuntium*, ut 2 Sam. 18, et 2 Reg. 7, aut *premium pro læto nuntio datur*, ut 1 Sam. 4, et Paulus in eo Epistolæ ad Romanos loco verbo *Evangelizandi* reddidit. Est autem *basar caro*; ut non desint qui dicant verbum indè sumptum, et esse quasi *molitia et suavia nutiare*. **PACEM, BONUM, SALUTEM.** Tria sunt nomina quibus ea significantur quæ Evangelii prædicatio complectitur. His autem universa felicitas continetur, et corporum et animorum. Reconciliato enim Deo, et effusa supra nos divinâ bonitate, cujus participatione fugantur vitia omnia et virtutes renovantur interiori, quid ultra desiderandum est? Quòd si uno verbo universam vim complectantur, **SIOS, REGNAVIT, DEUS TUUS**, hinc pax, hinc bonum, hinc salus, imò hoc est *omne bonum quod transire feci Deus coram Mose.* Nam revelavit ei Deum in homine; cujus tamen non nisi *posteriora* viliit; vel quòd posterioribus temporibus id futurum esset, vel quòd anteriori parte, id est, quâ Deus est, videri non poterat ab homine. Hoc ergo est Evangelium: *Regnavit Deus tuus*; non diabolus, non peccatum, non mors, et infernus, non judex, aut quispiam rex similis illis quos jam habuisti, sed *Deus ipse, qui est sapientia et justitia et sanctificatio.* Hæc est Evangelii prædicatio, quæ tota mysterium quoddam continet, nempe *Deum apparuisse in carne, angelis conspicuum factum, hominibus prædicatum, et à gentibus et toto orbe crevit et susceptum, et tandem cum gloriâ in cælum assumptum.* Juvat hic meminisse quòd, cùm olim petissent Israelita regem, dixit Deus, quòd *se abjicerent ne super eos regnaret*; nam hæcenus per duces et ministros suos eos gubernaverat; quam curam ob ingrati-

nem ab eis auferebam significabat. Evangelium hæc gratiam restitutum prædicat, ut primo hujus prophete capite dictum est.

VERS. 8. — **VOX SPECULATORUM MONTIUM**, id est: *Hæc est vox speculatorum montium.* Hoc indicat speculatores tui qui super montes sunt; hoc significant: hæc, inquam, est Evangelizantium vox; *Sion, regnavit Deus tuus.* **LEVAVERUNT VOCEM.** Hanc videlicet quam dixi. Regnum itaque Christi non summissè, aut pavide, aut quasi rem tristem, annuntiabant, sed veluti qui lætum nuntium afferunt. **SIMIL LAUDABANT.** Non contenti nudâ rei annuntiatione, laudes addent, ut auditores ad celebrandum Dei magnificentiam provocent. Decet ergo præcones Evangelii, mysterio Christi rectè affectos, non frigide tam lætum nuntium annuntiare. **QUA Oculo AD OCULUM, oculus cum oculo**; qui hebraïsmus apertam et claram visionem ac familiaritatem notat. Dicunt enim Hebræi *ore ad os loqui, et oculos cum oculo videre, pro familiaritate et consuetudine uti.* Hebraïsmum hunc paulò apertius extulit Jeremias 54: *Oculi tui oculos regis Babel videbunt, et os ejus os tuum alloquetur, pro: Venies in conspectum regis, et te coram alloquetur.* Eadem phrasîs est: *Facies cum facie*, Exod. 55, Deut. 5, et 34, etc. Significat ergo speculatores Sionis et prædicatores illius boni nuntii ipsum regem oculis suis conspecturos et familiariter allocuturos, et testes futuros oculatos eorum quæ diceret et faceret res ille. Unde in Evangelio huc respiciens dicebat: *Vestri beati oculi, qui vident*, etc., et 1 Joan. 1: *Quod fuit ab initio, quod vidimus et perpeximus, et manus nostræ contrectaverunt.* Denique si hæc verba prophetæ cum illis conferas quæ dicebant Apostoli in Actis: *Non possumus quæ vidimus et audivimus tacere*, videbis idem omnino hic atque illic significari; hic enim tanquam causa *exaltationis vocis eorum et prædicationis* assignatur, *quia oculo ad oculum videbunt*; sed quando? **CUM CONVERTERIT DOMINUS SIOS**, seu *quando reduxerit Dominus Sion*, id est, testes aderunt, et oculis suis aspicient Dominum reducentem Israelitas. Quod supra dixerat *regnare Deum*, hic vocat *reducere Sion.* Viderunt rectè Apostoli Christum regem conversioni Israelitarum totis viribus incumbentem, ipsique ex Israelitis erant quos Dominus ore suo voverat ac reduxerat; ipsi viderunt in cruce sublatum, et morte suâ de morte triumphantem; testes denique fuerunt resurrectionis et in cælum ascensionis; quare tacere non poterant qui dicerent: *Regnavit Deus tuus*; advenit Messias tuus; Jesus ipse est Messias: is reducit à potestate peccati; neque est aliud nomen sub cælo in quo possit quispiam salvus fieri; id significant et prædicabant quocumque ibant.

VERS. 9. — **GAUDETE, ET LAUDATE**, etc. Cùm terra habitatoribus vacuatur, *lugerè dicitur*, et omnia in solitudines et deserta rediguntur; at restituit, *gaudere et letari.* Omnia itaque in Israele, occupante impietate, spirititaliter deserta erant; et terræ calore solis adusta et *exsiccate* simillima; adveniente autem redemptore, et redactis filiis ad prudentiam et fidem justorum patrum, *gaudere et letari* jubetur. Attende,

christiane lector, quod etiam redemptio spiritualis fuerit, res tamen est gaudii et júbilo dignissima; ob quam non civitates modo sed et ipsa *deserta* merito exsultent, et pariter cum ipsis verbis Dei præconibus festos choros ducant. Pervadit enim et penetrabit annuntiatio Evangelii ipsa etiam *deserta*; neque erit regio adeo sterilis quæ non satione verbi germinet et exsulet. Non enim à participatione divinæ gratiæ excluduntur extremi in populo et ignobiles; neque in Christo Jesu ulla est distinctio, aut personarum, quam vocant, exceptio. *QUIA CONSOLATUS EST, etc. Consolatio populi Dei et redemptio Jerusalem idem omnino sunt.* Simeon expectabat consolationem Israelis, quia expectabat redemptorem; antonomasticè enim illa tantum dicebatur *consolatio*. Adde quod absque redemptione quam possit esse vera consolatio? Quod si apud Judæos, quorum bona pars corporalem tantum redemptionem expectabat, obtinuerat hæc opinio, ut adventus Messie *consolatio Israelis* diceretur, cogitemus quam indignum sit ut Christiani mundanas consolationes *consolationum* nomine dignentur.

VERS. 10. — *PARAVIT DOMINUS, etc.* Sensus expressit Vulgatus. Nam verbum *casaph demudare* notat; quod Vulgatus, Jer. 49, 10, verbo *discooperiendi* reddidit, et Jer. 43, 16, verbo *mundandi*, etc. Cum ad quidquam operis faciendum præparamus, brachium nudamus: idè *parare* dixit interpres. Dicit autem *brachium sanctitatis suæ, seu sanctum suum*. Nam nihil sic sanctitatem Dei nostri mundo commendavit quam exhibitio unigeniti Filii Dei. In hoc intelleximus quanto odio omnem immunditiam peccati Deus odisset, cum, ut nos immaculatos et irreprehensibiles redderet, Filium suum mundo dedit, et tam dira pati voluit. Vel, *brachium sanctitatis nudavit*, id est, vim sanctitatis suæ exseruit, quæ potuit hominem ex immundo mundo, ex peccatore sanctum facere. Hoc est Dei benedicti et sancti *brachium* quod *oculis omnium gentium* visibile apparuit. Quod enim priori membro dixerat, posteriori quoque repetit: *Et viderunt omnes fines terræ salutare (seu salutem) Dei nostri*, id est, Salvatorem, quem misit oculis carnis visibilibus. Licet enim tantum in Judæa versatus fuerit, non latebat; sed si totus mundus illic convenisset, oculis suis omnes illum videre potuissent; et tandem credentes illis qui viderunt, oculis fidei viderunt, et salutem perceperunt. Hæc addidit ne quis cum cæcis Judæis in superioribus verbis: *Consolatus est populum suum, redemit Jerusalem*, ad Judæos putaret tantum pertinere Messiam et redemptionem ejus.

VERS. 11. — *RECEDITE, etc.* Ad eos quibus revelata fuerat vis sanctitatis Dei, id est, Filii Dei, qui erant dispersi per totum orbem, videtur esse sermo; ad quos tamen loquitur quasi loqueretur cum Judæis de tentis in Babylone, ut supra cap. 48, 20. Quare cum hic dicitur: *Exiit de medio ejus, in Hebræo est relatio feminini generis.* Vel certè, cum prævidisset propheta Jerusalem ipsam impietate et omni genere sceclerum contaminandam, ipsos Israelitas, qui veram Sion edificabant, paucos illos qui Christo credituri

erant alloquitur, ut *caverent à fermento Pharisæorum et Scribarum*, ut desererent impiam Jerusalem, et recederent à contaminationibus ejus. Quare nomen civitatis noluit apponere, ut mysterium celaret; sed relativum pro antecedente posuit, quod præcesserat vers. 9. Quod autem illis dicit, omnibus dicit, videlicet ut recedant ab iniquitate et peccato omnes quibus innouit Christus. Ob quod Paulus, cum scriberet ad Corinthios *ne jugum ducentur cum infidelibus*, quod *nilhil commercii haberet justitia cum iniquitate, et lux cum tenebris, et templum Dei cum idolis*, nimirum ad hunc locum respiciens, ait 2 Cor. 6: *Propter quod exiit de medio eorum, et separamini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis; et ego recipiam vos.* Ergo, ut universalem admonitionem accipiamus. POLLUTUM NO-LITE, etc. Allusio est ad legem in quâ tactus rerum immundarum interdcebatur, aliqui *immundi* et tangentes ipsi judicabantur; cujusmodi erant cadavera, menstruata femina, occisa à feris, etc. Quæ omnia immunditiam peccati significabant; à quâ valde remotos esse suos vult Dominus. MUNDAMINI, QUI FERTIS VASA. Allusio item est ad purificationes quas indicabat Dominus Levitis, quorum erat deferre vasa tabernaculi, et res cultui divino dicatas de loco in locum transferre. Nos autem, ut eo loco dicit Apostolus, *templum Dei sumus, et corpora nostra et animi vasa sunt Spiritus sancti.* Ob quod præcipit Apostolus alio in loco ne ea contaminemus: *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.* An nescitis quod membra vestra templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo, et non estis vestri? Empti estis pretio magno; glorificate et portate Deum in corpore vestro. Membra itaque nostra sunt *vasa seu instrumenta Jehova*; mundos ergo nos esse jubet, tanquam hujus templi levitas, et ministros divini cultus, quem intra nos exhibere debemus Deo.

VERS. 12. — *QUONIAM NON IN TEMPLI, etc.* Manifestum est alludere hic prophetam ad exitum de Ægypto; de quo dicitur Deut. 16. *Quoniam, bekiphazon, egressus es de terrâ Ægypti;* ubi Vulgatus nomine *pavoris* reddidit. Reddit autem eo loco Moses rationem ob quam azymos panes deberent comedere in festo Paschatis, nempe ut meminereit egressionis ex Ægypto; in quâ quia se quasi furtim subtrahabant, et maxima erat acceleratio, non potuit panis fermentari. Notat autem vox *celerem subtractionem seu subductionem*, qualis est præ metu fugientium. Hic autem videtur reddi ratio quare debeant *mundi esse delatores vasorum sanctorum*, quasi spatium habeant ad purificationem faciendam et maculas omnes delendas. Non est hostis qui urgeat à tergo; et si urgeat, Dominum habemus ducentem, qui tutos nos reddat. Quid si nihil aliud hæc significent quam non esse hunc recessum corporalem et visibilem? q. d.: Præcipio munditiam et separationem ab omni contaminatione, quandoquidem spiritualis est istha discessio, et non similis egressioni ex Ægypto, aut ex alterâ quavis captivitate,

in quâ nulla habetur ratio sanctificationis animorum; quod tamen in hac maximè attenditur; nam *ductor noster est Jehova; et qui nos tanquam oves colligit, est Deus noster.* Quo in loco certè alludit ad eam corporalem munditiam quam in castris exigebat Dominus, quandoquidem omnes sordes corporales efferri jubebat et terrâ operiri; et qui nocturno polluebantur somno, extra castra secedere jubebantur: *Dominus enim, inquit Deut. 24, Deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum, et eruat te, et tradat tibi inimicos tuos, et sint castra tua sancta, et nihil in eis appareat fodiatum, ne derelinquat te, etc.* Quasi hæc sic accipiendi sint: *Brachium sanctitatis suæ nudavit coram vobis. Recedite ergo ab omni iniquitate, et nullo peccato contaminemini; sicut qui deferebant vasa templi, ab omni immunditiâ corporali abstinabant.* Nam liberatio hæc non est similis liberationi ex Ægypto, sed animorum est et spiritualis; in quâ debet haberi ratio peccatorum et sanctificationis spiritalis. Deus enim ipse est dux noster, et dispersos suos congregat, et ut pastor ad se colligit; quem sanè sensum in his verbis aperuit Paulus, optimus prophetarum interpres, in eo loco 2 Cor. 6. Ait enim ex Levit. 26: *Inhabitabo in illis, et inambulabo, et erolitorum Deus; et ipsi erunt mihi in populum.* Propter quod *exiit de medio eorum, et separamini, etc.* Vides nihil nisi tantum ordinem verborum inversum? Paulus ait: *Deus inter nos; ergo separamini, et sitis sancti.* Isaias verò: *Separamini, et sitis sancti, quoniam Deus præcedit nos, etc.* CONGREGABIT. Participium est in Hebræo à verbo, quod *colligere* significat, *colligens vos, vel collector vester.* Dicitur autem sæpè hoc verbum de gregibus. De castris etiam dicitur Num. 10. De contaminatis autem, ejectione extra castra, cum recedantur, dicitur Num. 12, *postea colligentur.* De exercitiis etiam dicitur supra cap. 15. Quo vis autem istorum modorum verum est, *Dominum colligere suos; id quod apud Joannem dicitur, ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum; et, alias oves habet, quas oportet adducere; et apud Paulum 2 Cor. 7: Si separaveruntur ab immunditiis, ipse suscipiet eos.*

VERS. 13. — *EOLE INTELLIGET, etc.* Hanc eandem rem magis explicat, et quæ ratione futurum erat ut *colligerentur filii Dei dispersi*, nempe per Christum, qui formam servi haberet, exponit. De quo primo ait quod *isæci consideratè et prudenter rem faciet, seu gnauiter se geret;* sicut de David 1 Sam. 18, dicitur quod *gnauiter agebat, vel se gerebat præ reliquis omnibus servis Saul, et quocumque eum mitteret Saul; ad quem locum fortè hic est allusio; erat enim David typus Christi jam tunc.* Est autem sermo de Christi actionibus et conservatione. Et quæ sequuntur verba vel de gloria et honore quem, dum viveret, habuit à populo prope divina opera et divinam beneficentiam quam exhibebat mortalibus, accipiendi sunt, vel etiam de gloria quam post mortem per Evangelii prædicationem et fidem gentium fuit consecutus.

VERS. 14. — *SICUT OBSTUPERENT, etc.* Vulgatus, et ceteri omnes quos videre licuit, hæc et quæ se-

quuntur hunc in modum accipere videntur: *Quod quemadmodum ob miracula quæ Christus patravit plurimi eum admirati sunt, ita plurimi quoque ejus mortem et ignominiam conspiciunt, non tamen propterea impediretur redemptio, sed reges et gentes plurimæ eum postea adorarent, etc.* Quam interpretationem non solum non reprehendo, sed exproscolor, quòd sit S. Patrum, et ferè ab omnibus recepta, adeoque et ab ipsis rabbinis; è quorum numero doctus quidam sic ad verbum reddidit: *Quemadmodum admirati sunt super eo multi, sic corruptus plus quam viri aspectus ejus, et forma ejus plus quam filiorum hominum, sic loqui faciet gentes multas, etc.* Ego tamen propter nodos, quos non ita bene solvèbam, aliam interpretationem afferre non sum veritus, quòd non minus haberet pietatis quam superior, et magis Hebraismo quadrare videretur; quæ duo ubi simul reperiuntur, non est quod quisquam vereatur nova adducere. Et primo quidem verbum *schama*, quod plurimis locis in Scripturâ legitur, nescio an dabant vel unum locum ubi in bonum accipiatur: sed neque participia, neque nomina, quæ multa sunt, sed omnia afflatus sonant, quem *emittere solemus propter malum aliquid ingens, aut culpæ aut pene.* Quare verbo *desolandi, deserendi*, et nomina nominibus *desolationis* et *vastitatis* reddere solent; adeò ut quod habetur infra, 54: *Quoniam plures filii quam filii maritæ, Paulus Gal. 4, Græcè ἱερὰ, Hieronymus deserte, Symmachus dissipatæ reddidit.* Quare et hoc loco in malam partem accipi pro *afflato, seu flatum emittere*, videlicet propter deformitatem, inaudita tormenta gravissimose cruciatus; et quidem verbis stupendi seu admirandi reddi posset, sed ut dixi, in malum. Dicitio verò *miscchath funditis perdidit, si dicamus mem esse radicalem*, quasi sit à verbo *maschac, unxit*, unctionem seu unguentum significabit, ut Exod. 25, et Levit. 7: *Hæc est unctio Aaronis; et Exod. 50: Oleum unctionis, sanctitatis; q. d.: Quemadmodum multi super eum obstuperunt (seu sibilant) videntes crucis ignominiam, sic unctio aspectus ejus erit præ viro, id est, præ aliis; ut sit quod Ps. 43 legitur: Unxit te Deus tuus oleo exsultationis præ consoribus tuis; et: Forma ejus præ filiis hominum, sit quod eodem Psalmo legitur: Speciosus forma præ filiis hominum, vel nomen formæ à nomine unctionis regatur, et idem his repetatur: Et unctio formæ ejus præ filiis hominum.* Dicit autem Hebræis unctionis nomen gratiam, venustatem, lætitiã; unde *ungere caput vel faciem* proverbialiter dicitur pro lætari. Adde quòd juxta proprietatem Hebræici sermonis *caasher*, quando ei respondet *ken*, potest reddi *quantò magis, tantò magis*, ut Exod. 4: *Sicut affligebantur, sic multiplicabatur; vel: Quantò magis affligebantur, tantò magis, etc., sicut reddidit Vulgatus.* Possumus ergo reddere: *Quantò magis super eum obstuperunt, eò major erit gratia aspectus ejus, etc.; quæ interpretatio superioribus videtur convenire. Nam cum dixerat: Exaltabitur, elevabitur, sublimis erit, etc. posset quis objicere:*

« Quid ? an non capietur ? an non conspuetur ? an non flagellabitur, et morti ignominiosissime adjudicabitur ? » subjicit ergo : « Nihil hæc obstant ; sicut enim illa vera sunt, sic nullus ei in decore aut gratia conferri poterit ; nam etsi ex infirmitate crucifixus est, « vivit tamen ex virtute Dei ; sicut et nos infirmi sumus in illo, sed virtutem eum, ex virtute Dei in nobis, » ait Paulus 2 Cor. 15. Vides ut apud Paulum vivere, in Christianorum pectoribus et fide, infirmitati crucis et morti opponatur, ita tamen ut simul sint, neque alterum alterum destruat ? Omitto quod sic despectus et pro portento habitus à plurimis, habet suam gratiam aliis, usque adeo ut neque aliam formam pulchriorem aut majorem cum voluptate aspiciant et contemplant, quam crucifixi formam. Sic, sic, inquam, omnes homines gratiâ et pulchritudine superabit.

VERS. 15. — HIC ASPERGET. In Hebræo repetitur eadem vox similitudinis *hen, sic* ; et sensus juxta Vulgatam editionem hic est : « Etsi præ aliis hominibus despectus et vilis habitus sui, redimet tamen gentes plurimas, lavans eas lavacro vite, etc. » Idem omnino dicendum est, juxta nostram versionem : « Sicut super eum obstupuerunt multi ob ingentem humilitatem, sic multo plures sanguine suo asperget et mundabit, etc. ; vel : « Sic crucifixus, sic ludibrio habitus, et velut portentum et prodigium admirationi expositus redimet, reconciliabit, initio per sanguinem suum fodere et confirmato ; » ut allusio sit ad aspersiones illas quæ fiebant in lege ex aquâ et cineribus vacce rufe, Num. 19, et alias sanguinis aspersiones, quæ aspersio istius de quâ Paulus Hebr. 12, et Petrus 1 Ep. 1, mentionem faciunt, figuræ erant. Præcipue tamen ad illam respexisse existimo quam habes Exod. 24, quam Paulus Hebr. 9 diligenter enarrat, ut sanguinis Christi aspersi figuram. CONTINEBUNT REGES, etc. Sicut Hebræis *aperire os super aliquem* est contumeliosè debacchari in aliquem, ut Job. 16, et Ps. 109, estque audaciæ et proccacitatis symbolum seu inverecundiæ, ut Ezech. 16, ita *contingere* seu *comprimere* os est pudoris et subjectionis, CAPUT LIII.

1. Quis credidit auditu nostro? et brachium Domini cui revelatum est?
2. Et ascendit sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terrâ sitienti; non est species ei, neque decore; et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum:
3. Despectus, et novissimum virorum, virum dolorum et scientem infirmitatem; et quasi absconditus vultus ejus et despectus, unde nec reputavimus eum.
4. Verè languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit; et nos putavimus eum quasi leprosum et percussum à Deo et humiliatum.
5. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanati sumus.
6. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in

penitentiam, et interdum admirationis. « Admirabuntur, inquit, reges, et obstupescunt, neque loqui debent quidquam adversus Christum ejusque religionem, quando videbunt quod nunquam antea audierant, et intelligent quæ in mentem eorum nunquam venerant. » Quis enim, ubi intellexisset unde in homine interna bella etad vitam incitamenta ortum habuissent, ac tandem mors, et quæ cum morte habent affinitatem, ex Dei verâ bonitate profectum ut Filius dilectionis suæ homo factus nos sanguine expiaret, Deo reconciliaret, mentes sanaret, vires restitueret, ad vitam iter ostenderet et patefaceret, non obstupesceret, non cogitabundus obmutesceret? etc. Si vero *ki pro quoniam accipias*, expositio et ratio est ejus quod dixerat : *Asperget gentes multas, et reges super rebus ejus obstupescunt. Dixi verò gentes multas; nam non solum Judea, sed universæ nationes, quibus nunquam fuerat quidquam de Christo Redemptore narratum, viderunt, et qui nunquam audierant, intellexerunt hoc mysterium. Est autem sermo de gentium fide et conversione. His enim verbis de hæc re solent prophete loqui, ut infra, cap. 56, initio. Et in hæc sententiam adducitur locus à Paulo Rom. 15 : « Sic enim prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus; sed sicut scriptum est : « Quibus non est annuntiatum de eo, videbant; et qui non audierant, intelligunt; quæ certe Apostoli expositione contineri esse debemus. Vide autem pulcherrimum antithesim : « Multi exsufflauerunt; et gentes plurimæ quæque aspergentur ab eo et mundabuntur. Illi ob humilitatem obstupescunt, et sufflantes vultum avertunt; at reges etiam super eum et ob ejus dignitatem os contrahunt. Hoc ergo et in nobis sentiamus quod in Christo Jesu, » ut (sicut ex Paulo superius dixi) contenti simus si cum Christo infirmi simus, modò et in ipso aut cum ipso vivamus ex virtute Dei. Neque nos conturbet externa deformitas, humiliaciones et ignominie; habent enim hæc suum decorem et gratiam, præter illam, quæ postea obvenit, gloriam et æternam felicitatem.*

CHAPITRE LIII.

1. Qui a cru à notre parole? et à qui le bras du Seigneur a-t-il été révélé?
2. Et il s'éleva comme un faible arbrisseau devant le Seigneur, et comme un rejeton qui sort d'une terre sèche; il est sans beauté et sans éclat. Nous l'avons vu, et il n'avait rien qui attirât l'œil; ainsi nous l'avons méconnu.
3. Il nous a paru un objet de mépris, le dernier des hommes, un homme de douleurs, habitué à souffrir. Son visage était comme caché, et il paraissait méprisable, et nous n'en avons fait aucun cas.
4. Véritablement il a pris sur lui nos languères, et il s'est chargé lui-même de nos douleurs. Nous l'avons considéré comme un lépreux, comme un homme frappé de Dieu et humilié.
5. Mais il a été percé de plaies pour nos iniquités; il a été brisé pour nos crimes; le châiment qui devait nous procurer la paix est tombé sur lui, et nous avons été guéris par ses meurtrissures.
6. Nous nous étions tous égarés comme des brebis errantes; chacun s'était détourné pour suivre sa

viam suam declinavit; et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostram.

7. Oblatus est quia ipse voluit, et non aperuit os suum; sicut oris ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tonante se obmutescet, et non aperiet os suum.

8. De angustia, et de judicio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? quia abscessus est de terrâ viventium; propter scelus populi mei percussit eum.

9. Et dabit impios pro sepulturâ, et divitem pro morte suâ; eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus.

10. Et Dominus voluit contereere eum in infirmitate; si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur.

11. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit et saturabitur; in scientiâ suâ justificabit ipse justus servus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit.

12. Ideò disperitiam ei plurimos, et fortium dividit spolia pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est; et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Manifestiora sunt viris christianis quæ hoc capite continentur quàm ut expositionem requirant. Neque in totâ Scripturâ video quibus plus Judæi roqueantur. Nam quò se vertant nesciunt. Ad aperta enim de gloria Christi oracula facile est Judæis respondere, nondum impleta esse; unum etiam aut alterum verbum quod propheta de passione Domini inserunt, aliis rebus accommodare non est valde difficile hominibus ad fingendum atque mentendum paratissimis; at integrum unum caput, in quo tota Christi Domini passio quasi ab evangelistâ quopiam describitur, ut neque quid Judæi illius temporis egerint, neque causæ quòd talia passus sit, abscondantur; adeò luculenter, imò verbera, judicium, mors, sepultura, locus, socii denique latrones aperte pronuntiantur; alteri quàm Christo accommodare quis poterit? Quare consilium mihi fuit, ferè nihil eorum quæ impii Judæi hic somniant et suo more fingunt, apponere. Nam quidquid dicant, ab ipsis propheta: verbis mendacii convincantur. Quia verò quàm pertinaciæ essent, et quantum in cruce Christi scandalizandi forent, prævidit Isaias, idcirco sic auspicatur de passione Domini sermonem : *Quis credidit auditu nostro? Quæ verba, nisi ea Paulus Rom. 10 et Joannes 12 ad probandum Judæorum credentium paucitatem adduxissent, admirationem eorum quæ dicere volebat continere putassem : Quotusquisque, inquit, fidem adhibuit tibi quæ à nobis audit? id est, paucissimi credent quòd Christus Dominus Messias ille, quem expectamus summâ cum dignitate et amplitudine regnatum, hæc quæ jam dicturus sum passus sit. Verbum enim crucis Judæis est scandalum. Aptissimè autem Judæorum infidelitatem commemorat.*

propre voie; et le Seigneur l'a chargé de l'iniquité de nous tous.

7. Il a été sacrifié, parce que lui-même l'a voulu, et il n'a point ouvert la bouche; il sera mené à la mort comme une brebis; il demeurera dans la science sans ouvrir la bouche, comme un agneau devant celui qui le tond.

8. Il est mort au milieu des douleurs, ayant été condamné. Qui racontera sa génération? car il a été retranché de la terre des vivants. Je l'ai frappé à cause des crimes de mon peuple.

9. Et le Seigneur lui donnera les impiés pour le prix de sa sépulture, et les riches pour la récompense de sa mort; parce qu'il n'a point commis d'iniquité, et que le mensonge n'a jamais été dans sa bouche.

10. Et le Seigneur a voulu le briser dans son infirmité. S'il livre son âme pour le péché, il verra sa race durer long-temps, et la volonté de Dieu s'exécute heureusement par sa conduite.

11. Il verra le fruit de ce que son âme aura souffert, et il en sera rassasié. Comme mon serviteur est juste, il justifiera par sa doctrine un grand nombre d'hommes, et il prendra sur lui leurs iniquités.

12. C'est pourquoi je lui donnerai pour partage une grande multitude de personnes; et il distribuera les dépouilles des forts, parce qu'il a livré son âme à la mort, et qu'il a été mis au nombre des scélérats; qu'il a porté les péchés de plusieurs, et qu'il a prié pour les violateurs de la loi.

siquidem gentium conversionem, Judæorum verò stuporem et emissionem flatum cum abominatione, horrore et detestatione attingat in fine præcedentis capituli. Ut autem causam seu occasionem potius infidelitatis annuntiet, rem totam narrat. Et BRACHIUM DOMINI CUI REVELATUM EST? videlicet ex Judæis; nam de gentibus superius dixit quòd *vidisset Dominus brachium suum in oculis omnium gentium, et agnovissent termini terræ salutem Dei nostri*; et quòd qui non audierant, intellexissent. Agnovimus enim in cruce et morte brachium Domini, et virtutem crucis in mundi conversione sensimus, ac nihil sic potuisse mundum Dei obedientiæ subjugare, quàm Dei Filium pro homine hominem factum et pro hominum amore passum luce clariùs percipimus. Jam verò quod hebraismus habet, *super quem*, Joannes 12 reddidit *cui*; quem locum, ut dixi, adducit ut Judæos non credituros ostenderet. Negant ergo illi hominem crucifixum esse brachium Domini; nos verò vel propter hoc illi fidem adhibimus. Illi *extra vineam eum ejecerunt*; nos extra vineam positi eum vel mortuum suscepimus, et salutem quam operatur brachium sanctitatis Dei læti experti et celebravimus, et miserificimus in æternum cantabimus.

VERS. 2. — ET ASCENDIT. Verbum *ascendendi* passim tribuit hebraismus herbis, plantis, et omnibus quæ è terrâ producta augmentum accipiunt et sursum eminent. VIRGULTUM 277, *surculus tener*, et qui veluti lactens succum attrahit sugitque stiptis aut radicis. CORAM EO, nempe Israele, coram ipsis Judæis. ET SICUT RADIX. Radix, etsi propriè ea pars plantæ aut herbe quæ sub terrâ latet dicitur, accipitur tamen abusivè pro imâ parte rei, adeoque et pro ipso tranco,

bet Hebr., *incurrere fecit in eum*, aut *cum eo*, id est, commisit eos veluti hostes; hæc enim est interdum vis verbi, quasi insinuares quod peccata irruerint in Christum Dominum, ut ab eis significet Dominum occisum; sed quia Deus erat, morte tandem sua ea occidisse. Utrumque autem istorum video Scripturis hoc verbo significatum, nempe *irruere in aliquem ut cum perdat*; sicut Jud. 8: *Surge, irruere in nos*; item 2 Sam. 1: *Surge, tu, et irruere in eum*; et 1 Regum 2: *Qui irruit in duos justiores et meliores se*; et in his locis commode verbo *irruendi* redditur. Secundò, *irruere in aliquem ut ab eo perdat*, et tunc verbo *incidendi* optime redditur; Exod. 5: *Ne incidas in pedem, vel in gladium*. Utroque autem modo peccata nostra in Christum incurrerunt; irruerunt, ut perderent; incidierunt, ut perderentur. Alios modos significandi non est quod hic prosequamur; certè alium multò ab his diversum habes infra, versu ult. Ille mecum, Christiane lector, considera peccata tua ac meam partem illius exercitibus existisse qui in Christum irruit.

VERS. 7. — OBLATUS EST. Verbum *nagas* cum puncto sinistro est *adigere ad solutionem debiti*, vel *ad aliud operis faciendum*, notatque vim quamdam. Verbis ergo *exigendi* seu *adigendi* reddi non malè potest. In novo Testamento verbo *ἀναγκάζω* redditum videtur Matth. 5 et 27, et Marc. 15, ut hoc loco Isaias Christum vaticinetur angariatum iri; nam est in passiva voce *adactus est*, vel potius *abactus est*, ut ad similitudinem ovium pertineat quæ mox sequitur. QUIA IPSE VOLUIT. Vel aliam lectionem habuit Vulgatus, vel certè verbum superius *nagas* in voce activa accepit, id est, *accessit: accedere enim eorum est qui volunt, trahi autem ad adigi vim notat*. Ad verbum ergo *dixendum* erat: *Accessit, et ipse afflictus est*, id est, *accessit ut pateretur*; quod quid aliud est quàm *oblatus est quia ipse voluit*? hoc est, quod habes Joan. 10: *Nemo tollit animam meam à me; sed ego pono eam à me ipso*. At si ut Hebr. habent exponas, sic dices: *Abactus est, et est ope destitutus*, id est, *afflictus, tanquam is cui nemo responderet, et ope auxiliumque fert*; omnes enim eum dereliquerunt et auferunt. Et non aperuit os suum. Proverbialis forma est *pro non conqueri, seu queritur, ne uno quidem verbo emisso. Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur; tradebat autem iudicanti se injustè*. Hæc Petrus ex hoc loco accepit, quæ affert ut nos ad similem patientiam exhortetur. QUASI OVIS SINE PECUS. Verbum *obmutuit* ad ipsam ovem referendum est. Est enim feminini generis; verbum autem *aperiet masculinum* est; ideoque ad ipsum Dominum videtur referendum, id est, *sic non aperiet os suum; nisi referas ad peccatum, quod nomen est Hebræis masculinum; cui etiam tribuitur verbum ducitur, masculinum*. Neque mireris quòd ultimo loco reddatur verbum *nomini*, quòd priori præcessit: id enim familiare est Hebræis, ut sit sensus, *sicut pecus quæ ad mactationem ducitur, et tamen non aperit os suum; et sicut ovis quæ coram tonoribus suis obmutescit*. Nota autem, prudens lector, hanc similitudinem ad

id quod superius dixit de Christo: «Et non aperuit os suum,» omnes referre, nec malè. «Dominus non aperuit os suum, sicut pecus quæ ad mactationem ducitur, et non aperit os suum; et sicut ovis quæ coram tonante se obmutescit.» Possimus tamen sequentibus connectere ad hunc modum, «sicut pecus ducitur ad mactationem et non aperit os suum, de angustia, etc., sublati est.»

VERS. 8. — DE ANGSTIA. Difficilis locus est, variè interpretationes hic afferuntur, quas apud auctores videre licebit. Ego certè *angustiam* seu *compressionem* et *coactionem* pro *turbâ sese comprimente* et *coactante* accipio, seu pro *coetu populi et Synagogâ*, quæ cogitur diebus statis imperante lege, vel indigente principe, aut quovis alio convocandi populum potestatem habente; tum quia hæc acceptio loco aptissima est, tum etiam quia verbum ipsum *atsark*, Hebræis non rarò pro *concludere, coactare, impedimentum esse*, accipitur; et nomina *otserah* et *otsereth* ita passim accipiuntur, ut 2 Reg. 10: *Sanctificate coactionem, seu coetum*; ubi Vulgatus sensum reddidit: *Sanctificate diem solemnem ipsi Baal*; et Joel. 1: *Sanctificate jejuniis, vocate coetum*; item Jerem. 9: *Cogitur diebus statis imperante lege*, etc. Sic etiam hoc nomen licet alterius formæ *atsark* accipi potest, ut Christus Dominus à Synagogâ et universo coetu illo, vel ad festum Paschalis coacto, vel à concilio quod pontifices et Pharisei coegerunt, vel à turbâ furenti ad supplicium damnatus dicitur et pertractus, nec solum à turbâ sed à iudicio illo, id est, iudicium consensu; ut iudicium accipiat pro ipsis iudicibus, sicut *constrictionem* pro ipsâ turbâ *coactâ*, quasi significet propheta ab omnibus ordinibus damnatum fuisse Dominum. Nam Pharisei et sacerdotes concitaverunt turbam ut peterent Barrabam, Jesum verò ad mortem postulare; ipsi verò Iudices dixerunt: *Reus est mortis*; et non esse *dimitendum* apud Pilatum contendebant. SUBLATUS EST, vel *captus est*; turba enim ad eum capiendum missa est; vel potius: *Pertractus est*; sicut Prov. 24: *Eripe qui pertrahuntur ad mortem*; duplici enim verbo illa constructio reddi solet; qui *capuntur ad mortem*, id est, qui *capit pertrahuntur ad supplicium*. GENERATIONEM EIUS, etc., vel *seculum ejus*; cum enim à turbâ populi et ab ipsis magistratibus, Phariseis, principibus, sacerdotibus Christum Dominum damnatum et morti addictum dixisset, non potuit non admirari *generationem* illam, *seculum* illud, mores hominum illorum qui tanta ausi fuissent. *Dor* enim Hebræis *etatem* seu *seculum* notat; à *volubilitate*, quòd ætas ætati et seculum seculo succedat, ut circulum videantur conficere; dicitur autem tam de tempore quàm etiam de hominibus illius temporis, et omnibus denique quæ spatio illo fiunt et eveniunt; exempla passim obvia. QUIA ASCISUSUS EST, etc. «Est,» inquit, «quòd admirer homines illos, gentem illam perditam; quia tandem eum de medio sustulerunt immaturâ, violentâ et immeritâ morte.» Vel, «vitam ejus quis enarrabit? fuit enim brevissima; præreptus enim fuit immaturâ et vio-

lenta morte, et subito evanuit:» est enim *dor* sæpè idem quod *ætas*; suprâ: *Ætas mea translata est, et ablata est à me, velut tentorium pastoris*, cap. 58. Poieset et sequentibus annexi: *Quia excisus est de terrâ viventium, à transgressione populi mei, plaga eis, supple erit*; q. d.: *Quia per suam ipsorum malitiam, et pro sua ipsorum transgressione, malitiâ ac contumaciâ ausi sunt eum à vivis tollere qui ad eos redimendos missus fuerat, plaga seu percussura ingens venit eis; quasi non potuerit propheta retributionem tante impietatis reticere, sicut neque ipsam impietatem non admirari in mediâ narratione. Percussus enim. Lamo, eis, Vulgatus pro lo accepit. Ex hæc dictione infideles rabbinii occasione accipiunt ut de populo Israelitico hæc interpretentur; sed Ps. 28, invenies *lamo pro lo, v. 8, et mo pro o, Job. 20, non senet, et alibi. Ego tamen eis malui dicere, tum quia de Christo Domino jam dixerat, quòd à transgressionibus nostris fuisset occisus; tum etiam quia lamo plerumque est multitudinis, et interpretatio aptissima etiam adversus Judæos.**

VERS. 9. — ET DABIT IMPIOS, etc. Obscurus locus est hic, et quem, mihi valde verisimile fit, impios rabbinos aliqui ex parte vitâsse; et quidem Hebræa sensum, quem verba Vulgati interpretis expriment, admittunt, ut sit similis illi phrasi quam habuimus supra 45 cap., vers. 5: *Dedit propitiationem tuam Ægyptum, etc. Dabit impios sepulcrum suam*, id est, *faciet ut luant impii penas mortis suæ, et divites illi et pingues vacca retributionem accipiant sui sceleris; et hic sensus superioribus satis convenit. Ego longè aliam interpretationem apponere volui quam à quodam viro docto accepi, qui putabat hic gloriosam Domini sepulcrum à propheta decantatam; nam, ut Mattheus narrat, Josephus Arimathæus, vir dives, monumentum novum habuit in petrâ excisum in monte Calvaria excelsò, instar sacelli, splendidum, amplum et magnificum, sicut ex aliis locis historia colligitur; fuit enim saxum ostii ipsius ingens, ipsum monumentum duos viros, sic angelos vocat, et aliquot mulieres capere potuit. Quare hic non vulgare aut vulgare hominis sepulcrum, quale etiam fuit malefactorum, et nomine *heber* notatur; sed excelsum, seu monumentum et quasi sacellum divitis alicujus hominis, qualis Josephus fuit, significatur. Existimo autem puncta à rabbinis ad sensum suum in hæc voce opposita, et sic esse legendum, *banothan, excelsa ejus; non bemothan, in mortibus seu cruciatibus ejus; nam præterquam quòd mem dagues notatur, præcedente sena in primâ vocis literâ, contra universam grammaticæ rationem, quæro quare etiam in priori vocabulo libero non sit preposita prepositio beth, quam tamen juxta Hebrææ lingue consuetudinem potius habere debebat quam posterior. Est autem Hebræis *banah, excelsum, nempe sacellum seu altare, eò quòd in altum erigebantur, vel etiam quia plerumque in excelsò loco extruebantur. Sepulcrâ quoque excelsa in Scripturis vocantur, ut supra cap. 22: «Excelsi tibi hic sepulcrum, celsitudinem sepulcri sui consti-***

tuit in rupe habitaculum sibi;» et apud Ezech. 45, de excelsis, quæ edificabant reges pro cadaveribus suis condendis juxta domum Domini fit mentio; et infra 65, ipsa excelsa eorum *sepulcrâ* per contemptum vocare videtur; nam in ipsis excelsis aut propè illa edificabantur sepulcrâ propter superstitionem et studium erga idola. Hoc autem loco in plurali dicuntur *excelsa*; credo pro amplificationem, nisi fortè jod sit additium, et in singulari cum affixo legat *excelsum ejus*. Certè si quid hæc in parte credendum esset vitatum fuisse à rabbinis, ego tantum voces ab illis transpositas dicerem, et *beth* additam, ut rem obscurarent, quasi sic Hebræa legenda essent: *Et dedit cum improbis cruciatibus ejus, et cum divite sepulcrum ipsius*. Si autem nihil immutatum aut vitatum à rabbinis fuit (neque enim universa biblia que in toto orbe erant simili vitari poterant), aliud adhuc mysterium non minis celebre sub his verbis latere arbitror quàm sepulcrâ Domini in monumento divitis Josephi. Accipe itaque prioribus versibus 2, 3 et 4 prophetam ea attigisse quæ Domini passionem præcesserunt, privatam videlicet conditionem, humilitatem, paupertatem et alienam à regno et imperio personam atque figuram; sub finem verò 4, usque ad 9, verbera, ignominiam, crucem denique atque mortem commemorâsse; sub finem verò 8, nonnihil de penâ quæ maneret sceleris ipsius auctores attigisse; jam vero hoc 9, et sequentibus effectus et præmia passionis Domini recensere; initium verò sumere ab eo mysterio quod Paulus ad Rom. cap. 6, celebrat, nempe quòd *commortui simus Christo, et consequuti per baptismum. Dedit, inquit Isaias, Deus improbis sepulcrum ejus, id est, fecit ut sepulcrum ejus (quod perfectæ mortis est symbolum) essent improbi et malefactores; id est, sepultus est ut improbi cum ipso sepelirentur, et omnis improbitas in barathrum truderetur; neque amplius super terram vitam ageret, et tandem cum ipso resurgentes in motitate vitæ ambularemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus. Nam in hoc Christus mortuus est (inquit idem Paulus) et resurrexit, ut qui vivant, non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Ergo est sepultura Christi et mors Christi mors et sepultura improborum, id est, totius improbitatis; existimareque debemus nos mortuos peccato cum Christo, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro. Dedit quoque divitem per cruciatibus ipsius, quia reddidit Dominum Jesum per suos ipsius cruciatibus et mortem omnium ditissimum. Sic enim reddi posse Hebræa nemo dubitabit qui vel mediocriter Hebræicè noverit: *Et dabit improbis sepulcrum ejus, et divitem in cruciatibus ipsius*. De divitis autem quas consecutus sit, versibus sequentibus plura. Quòd autem *mothai* non tam *mortes* significet quàm *cruciatibus mortales*, patet ex Ezech. 28, et Jerem. 16, solent enim Hebræi, quæ mortem afferunt aut intentant mortem appellare; sicut etiam Paulus, 2 Cor. 11: *In mortibus frequenter*; et 2 Cor. 1: *De tantâ morte nos eripuit*; Vulgatus: *De tantis periculis*; Ambros.: *De tantis mortibus*, ubi*

etiam Chrysostomus dicit ingentia discrimina hyperbolicè dici *mortes*. Jam verò quod sequitur ad sequentia pertinet. EO QUÒD INQUITATEM, etc. Hebr. *super non*; quæ phrasîs Latinis nihil sonat; at nobis Hispanis elegantissima est. Similis locus est Ps. 119, id est, etiamsi nemini vim fecisset, aut quempiam dolo decipere, etiamsi neque vi neque fraude cuiquam nocuisset; Jehova tamen voluit contundere eum, etc.

VERS. 10. — VOLUIT; *caplets, beneplacitum habuit*; singula verba habent excessum *dacah, oppressione seu opprimendo contudit*. Psal. 145: *Contudit in terram vitam meam*; de quo supra cap. 3: *Facies oppressorum contuditis*; causam mox aperit. SI POSUERIT PRO PECCATO, etc., *ascham, piaculum*; ita enim accipitur interdum hæc vox, præsertim in ritu sacrificiorum, id est, *victimam quæ pro expiando delicto immolatur*. Levit. 5 et 7: *In loco in quo jugulant holocaustum, ibi quoque mactabunt hostiam*. Paulus Rom. 8, et 2 Cor. 5, *peccatum dixisse videtur, pro nobis peccatum fecit, et de peccato damnaverit peccatum in carne*. Facere autem Christum peccatum est erga eum sic se habuisse atque erga peccatum ipsum. Si enim ipsum peccatum Deus pro dignitate vellet punire, quod amplius illi quam Christo Domino fecisset? Atque eâ ratione vicimas hominibus olim profuisse credimus, quòd ex divinâ institutione ac bonitate in eas transferebantur ea quæ peccatores perpeti oportuissent; unde et *piacula* dixere Latini, quòd eis *expiarentur*, et à morte, quam commertii fuissent, per pecudis mortem liberarentur. Ponere ergo animam suam victimam seu piaculum, est quòd Vulgatus dixit: *Si posuerit animam suam pro peccato*; si, ut expiatur homo à peccato, ipse fiat peccatum, seu pro peccato *hostia*; utrumque enim notat nomen *ascham* Hebræis; sicut apud Paulum peccatum seu *ἀσχαία*, ut Genes. 26: *Inducisses super nos piaculum*, id est, reatum, cui expiatione opus esset; et Prov. 14: *Stulti subsannant piaculum*, id est, nihil ducunt, vel immane scelus; quin et Latinis *piaculum* utroque modo accipitur. Horatius:

Teque piacula nulla resolvunt,
id est, nullis hostiis te expiabis; et Virgilius 6 *Æneid.*:
Distulit in seram commissa piacula mortem,
id est, crimina quæ expiatione indigebant. Ergo si juxta linguæ Hebrææ consuetudinem, quam reinuit Apostolus locis citatis, locum hunc reddere vellemus, dicendum foret: *Si posuerit peccatum animam suam*. VIDEBIT SEMEN LONGÆVUM. Sensus Vulgatus exposuit: Hebr., ad verbum, *videbit semen, prolongabit dies*; fortè deest relatiuum *ascher, videbit semen quod prolongabit dies*. Multitudinem sobolis in præmium illius oblationis promittit. *Gratum enim frumenti nisi cadens in terram mortuum fuerit, solum manet; at si mortuum fuerit, multum fructum offert*. Certè quia Isaac filium offerre voluit Abraham, vidit ex Isaac *semen longævum*; nec hoc gaudio destitutus fuisset, si igne cum absumpsisset in holocaustum Deo, præcepto ipsius obediens. Nam is erat *Deus*, ut inquit Paulus, *qui posset Isaac è mortuis resuscitare*, ut generandis filiis in-

dulgeret. Suscitavit itaque Christum Deus, *quia factus fuit obediens usque ad mortem*; ille verò redivivus, à suis exorsus, eos in fratres confirmavit, et per eos in toto orbe sobolem spargens, ab oriente et occidentem suscitavit semen et filios generatione nunquam interiturâ. Hinc habes non esse sterilem obedientiam, sed multitudinem filiorum exultantem, etiamsi mortem afferat; qui enim obediunt, Dominus est vitæ et mortis. Idem cogita in præscindendis affectibus, et mortificatione Christi jugiter in nobis circumferendâ; si occumbas, si obediens occideris, si vitia et concupiscentias crucifixeris, imò si sepelleris, non tristem, non sterilem, non orbatam vitam ducendam tibi existimes; non deerit quæ te lætificet proles, etc. ER VOLUNTAS DOMINI, etc. Illa nimirum de quâ in conversione Samaritanorum dicebat: *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me*, ut perficiam opus ejus. Reducto ergo hominum ad Deum, et progressu salutis usque ad ultimum terræ, *ad voluntas Domini, seu beneplacitum Domini*. Eadem autem vox quâ supra usus est, cum dixit: *Dominus voluit contundere eum*, nunc utitur, *caplets*. Hæc siquidem ratione placuit Deo *eum contundere*, ut ad Deum qui perierant revocarentur. Utrumque hoc beneplacitum, desiderium et intimi affectus studium in Deo nostro semper nos agnoscere ac recolere necesse est; videlicet, quòd ut hoc, veluti summum, ingens, difficile et arduum negotium, quod summo Deo exoptabam, nempè reductionis hominum ad se, proficeret, progressus faceret, felicemque exitum consequeretur, libuit ipsi Deo, ut Filius dilectionis suæ piaculum fieret. Hoc certè insinuabant illa Redemptoris voces: *Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum Filium suum daret*. His accedit, quòd hoc Patris beneplacitum ita animo Christi insederat, ut eisdem verbis et eandem animi indignationem significantibus, quibus diabolum à se repulit, ut ab eo adoraretur postulante, Petrum, ne crucem pati vellet et pro hominibus piaculum ne fieret, suadentem redarguerit ac represserit. O Deum hominis amatissimum! *Voluntas, inquit, Domini*, id quod ille toto bonitatis affectu ambit et perfici peroptat, hominum videlicet sanctificatio, in manu et per ipsum Christum et ejus virtutem prosperè procedet, augmentum capiet; neque erit ulla potestas quæ progressum Evangelii possit impedire, si Dei Filius piaculum fiat. Hoc itaque, o homo, affectat Deus tuus; ad hoc aspirat; hoc in votis habet ut occidatur filius ejus, modò à morte tu servus eripiaris. *Si mortuus, inquit, promovebit salutis humanæ negotium, moriatur*. Hæc sunt decreta, hæc vox Dei nostri, et hoc filii præmium, multos secum fratres in gloriam adducere. Audi ergo quid sequatur.

VERS. 11. — PRO EO, QUÒD LABORAVIT ANIMA EJUS, vel post laborem; utrumque enim solum Hebræis significare illud mem; *וְעָבַד* autem est et verbum et nomen, diversis punctis; eumque laborem notat qui cum molestiâ et defatigatione fit, qualis ille est qui homini propter peccatum injunctus fuit, quando ei dictum est: *In sudore vultus tui vesceris vane tuo*. Ad quem

locum festivè sanè videtur alludere Dominus. *Videbit, inquit, saturabitur*; post labores sequitur quies, ut post tempestatem tranquillitas; *videbit, saturabitur, id est, videns saturabitur*. Videbit fructum sui laboris, illoque saturabitur. Ita enim absolutè utuntur interdum verbo *videndi* Hebræi: voluptatemque notat et gaudium, quando de re lætà dicitur, ut infra 60: *Tunc videbis, et affluas*. Sic hoc loco: *Ubi viderit semen longævum, saturabitur*, id est, plene sibi satisfactum putabit; hoc uno sui laboris præmio affatim contentus erit. Vidisti enim supra ex Joanne hunc esse cibum Filii Dei, et has esse ipsius delicias; quem ininitatus ipse discipulus dicebat: *Majus hic non habeo gaudium, quàm ut videam filios meos in veritate ambulare*; et Paulus *gaudium et coronam suam* eos vocabat; de ipso verò Redemptore in Evangelio legitur quòd, cum initâ tantum hujusmodi successus vidisset, et primos Evangelii progressus considerasset, renuntiantibus discipulis mirabilia quæ egissent, et demonia sibi subiecta, etc., ex illis ininitis rem totam animo versans *exsultaverit in Spiritu sancto*, et gratias Patri egerit. Quid cum vidisset orbem universum Deo subjectum? *Vidit, et saturatus est*. Hæc sunt viscera Dei nostri, ut tunc benè habere dicatur, cum res nostræ benè habent; tunc comedat, tunc quiescat, tunc deliciis affluat. Neque est obsequium aut munus quod sic eum devinciat, et animum ejus nobis placabiliorem reddat, quàm multo timore ipsius imbueret. Quidnam aliud Deus in Abrahamo colebat, ut ei nihil se posse denegare fateretur, quàm quòd *docturus esset filios suos et posteritatem suam post se, ut Deum timerent ac colerent*? ita Dominus noster Dei Filius hoc potissimum cibo vescitur; quod sequentia adhuc declarant. IS SCIENTIA SUA, etc., id est, per suam scientiam atque doctrinam ipse justus justificabit quàmplurimos; non quòd solâ doctrinâ justificentur, sed quòd generetur *fides per auditum*. *Justificare ergo per doctrinam est verbo viam ad salutem et justitiam aperire*; nam si de homine quopiam etiam hodiè dicimus, quòd *prædicatione verbi et exemplo populos sanctificet*, multò verius de Filio Dei dici poterit, quòd *justificaverit per doctrinam suam plurimos*; quia eos qui per verbum ad detestationem prioris vitæ et fidem atque amorem Dei trahebantur, ipse justificabit, atque hodiè etiam justificat. *Ipsè enim est qui baptizat Spiritu sancto et igni*; ipse est qui *auferit iniquitates nostras*, id quod mox sequitur: *ET INQUITATES EORUM PORTABIT*. Quo in loco etiamsi sit verbum *sabal*, quod propriè *portare seu gestare* notat; puto tamen eodem modo accipiendum esse quo ex Matthæo supra, vers. 4, accepimus: id est, *exportare, auferre*, quasi exponat quid sit *justificari*; nisi malis dicere, juxta legis phrasim, *portare iniquitates*, esse puniri pro iniquitatibus. Possumus etiam vertere, *cognitione sui justificabit justus servus meus*. Est enim quoddam cognoscere Deum seu Christum in Scripturis, quod non est sine iis omnibus quæ catholica doctrina ad justificationem dicit necessaria; est, inquam, quedam cognitio, quam *affectivam* vocant scholastici, quæ non minus habet amoris quàm

fidei, quæ vera et integra est sapientia. Cæterum cum in Hebræo sit *justus justificabit*, Vulgatus nomen *justi* nescio cur omiserit, et pronomen apposuerit. Certè ad hunc locum alluisse videtur Paulus, cum ad Romanos ait, *ut sit ipse justus, et justificans, etc.* Hæc quoque facit quod Joannes 1 Epist. 2, ait: «Si scitis quoniam justus est; scitote quoniam et omnis qui facit justitiam ex ipso natus est.»

VERS. 12. — INCIDIT DISPERTIAM, etc. Perseverat in enarrando præmio passionis Christi. *Dispertiam ei plurimos*; Hebr. *in plurimis*, id est, inter plurimos; dabo illi ut inter multos accipiat sortem, et multos secum deferat, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Possumus et *rabim*, pro magnis accipere, ut non sit multitudinis sed magnitudinis, ut interdum Hebræi usurpant, ut Jerem. 14: *Magni regis*, id est, magnates, et Job. 49: *Magni ejus*, etc. Quo in sensu eò libentius accipio, quòd nomen *fortium seu robustorum* sequitur, cum quo solet conjugungi nomen *gadol*, id est, *magnus*, Deut. 4: *Expellat gentes magnas et robustas supra te*, etc. Sensus ergo hic esse poterit: *Dispertiam ei, seu dabo ei ut dispertiat cum magnis; faciam ut dividat magnis, et singulis det gratiarum divisiones; altos faciat apostolos, altos evangelistas, altos prophetas, altos pastores, et doctores, etc.*; neque dubito quin ad hunc locum alluserit Apostolus, quando hæc dicebat. *ET FORTIUM DIVIDET SPOLIA*, etc. Hebr.: *Et cum robustis dispertiet spolum*. Ne quis hanc gratiarum divisionem Patri et non Filio adserberet, eò quòd dixisset: *Dispertiam ei*, loco ejus eodem verbo *calaq* usus, ait, *Dispertiet spolum*; quæ enim operatur Pater, Filius etiam operatur. Quos dixit *magnos*, hic dicit *robustos*; et quibus divisi dona cœlestia, eisdem *dividit spolia*: nam illis divisi provincias quas spoliarent Domino; et hic est Galliarum, ille Hispaniarum, alter Indiar, alter Æthiopiæ Apostolus, etc.; unde Paulus: «Non in immensum gloriarum, sed secundum mensuram regulæ quæ mensus est nobis Deus, mensuram peringendi usque ad vos;» et iterum: «Non in immensum gloriantes in alienis laboribus, spem autem habentes crescentis fidei vestræ in vobis magnificari, secundum regulam nostram, in abundantia.» Sed unde ei hoc datum est? unde et quòd divideret dona, et totum eis orbem spoliandum traderit? unde hæc virtus et potestas et divitiæ? Certè post passionem suam dicebat discipulis: *Data est militi omnis potestas in celo et in terrâ; accipite Spiritum sanctum*, etc. Hic quoque obedientiam et mortem voluntariam audis: *EO QUÒD TRADIDIT IN MORTEM ANIMAM SUAM*, etc. Hæc est illa *exaltatio*, quam Paulus quoque humilitati passionis adscribit. *Pro tradidit*, est verbum *arah*, id est, *demandavit*; Hebræis autem quæ evancantur *demndari* dicuntur; quare verbo *effundendi* interdum verti potest, quando videlicet de aquâ dicitur, Genes. 24: *Effudit cadum suum in canale*; ita de animâ dicit potest, *evancavit animam morti, vel in mortem*, id est, animam posuit, vitam profudit, morti effudit animam, ut illa obtineret, ipse vitâ destitueretur. Vel, retenti

propriâ significatione, pro eo quod demerit morti animam suam; sicut dicunt Latini: *Pectus gladio nudavit*, id est, libenter se discrimini objicit, et morti nequaquam restitit. Neque hoc solum, sed etiam quod cum sceleratis reputatus est. Hoc certe consummatissima fuit virtutis inauditum exemplum, ut justus et justitiam occidit ut impius, *annumerari sceleratis non modo non recusavit*, sed etiam voluerit. Hinc ergo factum, et pro his meritis ei concessa est universorum potestas, et ut Spiritus sancti dona suis ducibus divideret, et eis universum orbem subiceret, sicut ipsi canunt: *Omnes gentes, plaudite*, etc.; *subjecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris*. REPUTATUS. Hebr. *nimenah, annumeratus cum transgressoribus*. Licet enim verbum propriè speciem illam arithmetice designet, quam vocant *additionem*, et in summam reductionem, quia tamen qui summam colligit, annumerat, pro *annumerare* interdum sumitur; et Evangelistae quidem, Math. 15, et Luc. 22,

CAPUT LIV.

1. Lauda, sterilis, quæ non paris; decanta laudem, et hinni, quæ non paries; quoniam multi filii deserte, magis quam ejus quæ habet virum, dicit Dominus.
2. Dilata locum tenorij tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, et clavos tuos consolida.
3. Ad dexteram enim et ad lævam penetrabis; et semen tuum gentes hæreditabit, et civitates desertis inhabitabit.
4. Noli timere, quia non confundis neque erubescis, non enim te pudebit, quia confusionis adolescentie tue oblivisceris, et opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.
5. Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen ejus; et redemptor tuus Sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur.
6. Quia ut mulierem derelictam et moerentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentiâ abjectam, dixit Deus tuus.
7. Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te.
8. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, et in misericordiâ sempiternâ miseratus sum tui, dixit redemptor tuus Dominus.
9. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui juravi ne inducerem aquas Noe ultra supra terram: sic juravi ut non irascar tibi, et non increpem te.
10. Montes enim commovebuntur, et colles contremiscent, misericordiâ autem mea non recedet à te, et fodus pacis meæ non movebitur, dixit miserator tuus Dominus.
11. Pauperena, tempestate convulsa, absque ullâ consolatione: ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris.
12. Et ponam jaspidem propugnacula tua, et portas tuas in lapides sculptos, et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles:

derelictam, id est, deputatus est, verterunt. Et rursus peccatum, etc. Licet cum *transgressoribus sit annumeratus*, vel cum ipsis ab aliis subtractus, tanquam justus, ne ejus consortio contaminarentur, tantum abest ut is transgressor fuerit, ut morte sua et hæc ipsa subtractione *multorum scelera abstulerit*, deleverit, nempe eorum qui illi adhaerent; et pro *ipsis transgressoribus*, qui revera transgressores erant, et summam et inauditam transgressionem in hæc ipsius morte perpetrabant, *ipse damnatus oraret*, vel (ut in Hebr. est) *obviâ iret*; id enim interdum notat verbum *phaga*, de quo supra, v. 6, nonnihil diximus. Sic accipitur Genes. 25: *Occurrite pro me in Ephron*, id est, intercedite; et Ruth. 4, et infra 59. Possunt hæc autem per præteritum imperfectum non malè reddi: « Ipse » verò multorum peccatum levabat, et pro transgressoribus orabat: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. »

CHAPITRE LIV.

1. Réjouissez-vous, stérile, qui n'enfantiez point; chantez des cantiques de louanges, et poussez des cris de joie, vous qui n'aviez point d'enfants, parce que celle qui était abandonnée a plus d'enfants que celle qui a un mari, dit le Seigneur.
2. Prenez un lieu plus grand pour dresser vos tentes; élargissez le plus que vous pourrez les peaux de vos tabernacles; rendez-en les cordages plus longs, et les pieux bien affermis;
3. Car vous vous étendez à droite et à gauche; votre postérité aura les nations pour héritage, et elle remplira les villes désertes.
4. Ne craignez point, parce que vous ne serez point confondue, et vous ne rougirez point; car il ne vous restera plus de sujet de honte, parce que vous oublierez la confusion de votre jeunesse, et vous perdrez le souvenir de l'opprobre de votre veuvage;
5. Car celui qui vous a créée vous dominera; son nom est le Dieu des armées; et le Saint d'Israël qui vous rachètera s'appellera le Dieu de toute la terre.
6. Car le Seigneur vous a appelée comme une femme abandonnée, dont l'esprit est dans la douleur; comme une femme qui a été rejetée dès sa jeunesse, dit votre Dieu.
7. Je vous ai abandonnée pour un peu de temps, et pour un moment; et je vous rassemblerai par une grande miséricorde.
8. J'ai détourné mon visage de vous, pour un moment, dans le temps de ma colère; mais je vous ai regardée ensuite avec une compassion qui ne finira jamais, dit le Seigneur qui vous a rachetée.
9. J'ai fait pour vous ce que je fis au temps de Noë; comme j'ai juré à Noë de ne plus répandre sur la terre les eaux du déluge, ainsi j'ai juré de ne plus me mettre en colère contre vous, de ne plus vous faire de reproches.
10. Car les montagnes seront ébranlées, et les collines trembleront; mais ma miséricorde ne se retirera point de vous, et l'alliance par laquelle je fais la paix avec vous ne sera jamais ébranlée, dit le Seigneur.
11. Pauvre désolée, qui avez été si long-temps battue de la tempête, et sans consolation, je vais poser moi-même dans leur rang toutes les pierres pour vous rétablir, et vos fondemens seront de saphirs.
12. Je bâtirai vos remparts de jaspé; je ferai vos portes de pierres ciselées, et toute votre enceinte sera de pierres choisies.

13. Universos filios tuos doctos à Domino: et multitudinem pacis filiis tuis.

14. Et in justitiâ fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis, et à pavore, quia non appropinquabit tibi.

15. Ecce aequalis veniet, qui non erat mecum, advena quondam tuus adjugetur tibi.

16. Ecce ego creavi fabrum sullantem in igne prunas, et proferentem vas in opus suum, et ego creavi interfectorem ad disperdendum.

17. Omne vas quod fictum est contra te, non dirigitur; et omnem lignum resistens tibi in judicio judicabis. Hæc est hæreditas servorum Domini, et justitia eorum apud me, dicit Dominus.

COMMENTARIUM.

Cùm fructus passionis Domini commemorasset, et inter eos multiplicationem sobolis, et multitudinem justificandorum ac reducendorum ad veram Dei cognitionem prædixisset, id jam spiritu prævidens non potuit se continere, quin tot filiorum matri congratularetur, et ad decantandas Deo gratiarum actiones invitaret. Quæ sit autem hæc *sterilis*, exponit Paulus ad Gal. cap. 4, quod sit *caelestis Jerusalem mater nostra*; non patriam illam, aut quæ in cæcis jam agit Ecclesiam, sed novam illam nuptiam, et novam Ecclesiam et civitatem, quam alius vidit *de celo descendente*, in qua omnia sunt caelestia, muri, domus, claves, ritus, leges, mores, sicut rex ipse caelestis est qui de celo descendit, et regnum cæli in terrâ fundavit, et ex terrâ et celo unum regnum effecit. Hæc designata fuit per Saram, qua genuit *Isaac promissionis filium*, et per *Jerusalem, qua sublimis erat*, et in terrâ promissionis sita. Synagoga autem Agar ancille et monti Sina comparatur, quod *filios gignat in servitute*, et extra hæreditatem Domini sit; in qua sunt *filii secundum carnem*, et non *promissionis*. Constituit autem primum Ecclesia hæc ex paucis Domini discipulis, quibus nova pactio sancta est pro omnibus qui per eos credituri erant in Christum. Hæc sub tempore illud passionis Domini fuit *sterilis*, abjecta, et, ut Hebræi loquuntur, *afflata*, propter timores, inopiam, odia et persecutiones quas ob nomen Jesu patiebatur; *pulsilus planè grex* et nullus astinationis. Spiritualiter autem *deserta* et *sterilis* fuit toto illo ante Christum tempore quando soli Judæi erant Dei populus, Hujus jam felicitatem audi.

VERS. I. — LAEDA. Verbum, ut jam dixi, notat exclamationem ex lætitiâ; quod Latinis olim erat *orare*, licet postea obsoleverit; nomen tamen *ocatiois*, et participium *oans* retinere. *QUE NON PARIES*, Hebr. futurum, *non paries*; sed pro presenti capitur, *quæ non soles*, vel *non convalesci parere*; quemadmodum Sara quam despicebat Agar fecunda. *QUE NON PARIES, calah, quæ non doluisti, vel doles*, id est, quæ dolores parturientis non experiris. Dicunt enim Hebræi, sicut nos Hispani, *habere dolores* pro parturire. Esi verò dolores experiri triste est, malunt fe-

13. Tous vos enfans seront instruits par le Seigneur même, et ils jouiront d'une abondance de paix.

14. Vous serez fondée en justice; vous serez à couvert de l'oppression sans l'apprehender désormais, et de la frayeur des maux qui ne s'approcheront plus de vous.

15. Il vous viendra des habitans qui n'étaient point avec moi; et ceux qui vous étaient autrefois étrangers se joindront à vous.

16. C'est moi qui ai créé l'ouvrier qui souille les charbons de feu pour former les instrumens dont il a besoin pour son ouvrage. C'est moi aussi qui ai créé le meurtrier pour détruire.

17. C'est pourquoi toute armée préparée pour vous frapper ne portera point contre vous; et vous jugerez vous-même toutes les langues qui se seront élevées contre vous, pour vous faire condamner. C'est là l'héritage des serviteurs du Seigneur; c'est ainsi qu'ils trouveront justice auprès de moi, dit le Seigneur.

mine, ut matres fiant, illos dolores perpeti, quam steriles permanere; quare, ut rem tristem propheta commemorat, *non habere dolores*. Memineris verò Ecclesiam illam sponsam Christi usque ad diem Pentecostes neminem peperisse; hanc tamen, quasi instaret tempus quo non jam *sterilis* dicenda, sed mater filiorum læta futura erat, *hinnire præcipit*. Hebr. *tsahal* egorum et taurorum est; hi Latinis *ingunt* interdum ex lascivâ et petulantia, illi *hinnunt*. Transferitur aptissime ad eam quæ jamjam mater esset futura; instante enim hoc tempore, animalia illa mugiant, hinnunt, etc. DESERTA. Jam supra non uno loco de verbo *schanam* dixi. Interpretes, adcoque et Paulus verbis *desolandi, descendendi, devastandi* reddere solent. Erat autem grex ille, mater illa nostra, initio sub tempore Domine passionis, ostendit ac derisui; et occultabat se propter metum Judæorum. Postquam verò Spiritu de cælis donati sunt, ut gignere per Evangelium alios possent, plures habuit filios. Pertinet quoque hæc ad Ecclesiam gentium, ex qua paucissimi ab eo tempore quo Israel em elegendi Deus Deo tantum. QUAM EJUS QUÆ HABERET VIRUM. Synagoga enim videbatur Deum pro marito habere, et infinitos quotidie generabat. Sed cum Deum impietate suâ à se expelleret, licet se Dei cultricem gloria-retur, erant carne tantum filii, seu, ut supra dixi, cap. 49, vers. 21, mole quædam, et informes imperfective fetus; cum ergo non essent filii Dei, non dicendi erant *filii*; nam erant in *servitute generati, servi peccati et filii diaboli*, ut apud Joannem eis dicebat Dominus. Si autem qui gignebantur, diaboli et peccati erant filii, cum eis igitur rem habebat eorum mater. Verum, cum in Evangelio *justi* appellentur interdum qui se justos putabant, licet à justitiâ valde alieni essent, sic *maritatum* Synagoga potuit propheta appellare et *virum habentem*, quæ se Deo maritatum credebat ob exteriorem illum cultum, cum tamen esset *synagoga Satane*. Est namque hic sermo de Synagoga ut opponitur Ecclesie Christi; ad quam non pertinebant nisi qui erant sectatores fidei patris nostri Abrahæ; ad illam verò omnes Israelitæ, qui secundum carnem Israelitæ tantum erant. Quo etiam